



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1780**

**VD18 90119193**

§. 145. Intestini tumultus in Hispania.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67332)

Sæc. XVII. „non contradicant „ Prævaluere  
 A. C. 1669. tur Episcopales, omnesque, qui hoc  
 juramentum præstare recusabant, tra-  
 quam schismatici, publicæ quietis per-  
 turbatores, & vix non læsæ Majestatis  
 rei habebantur: imo & Middlesexiensis  
 conjurati in eos, qui Anglicum jura-  
 mentum præstare recusarunt, omni  
 veritate læviendi licentiam petierunt  
 Catholicos opprimendi occasionem  
 de aucupantes: quapropter tam  
 ferrima erat hujus Ecclesiæ conditio  
 animis in diversa studia scissis & o-  
 inter partes indies magis magisque  
 invalescentibus. Verum hæc  
 semper illis impendent Ecclesiis,  
 quibus, qui potentia prævalent, ma-  
 tata temporis vicissitudine religionem  
 sicut tempore æstatis & hyemis velis  
 mutandi libertatem sibi arrogat,  
 in privatæ suæ opinionis subsidium  
 S. Literas pro arbitrio suo detorquebat.

## § CXLV.

*Intestini tumultus in Hispania.*

Wagner l. 3.  
 pag. 235.  
 Briet An-  
 nal. cont.  
 Relat. des  
 diff. entre  
 Jean &  
 Nithard.

Hoc item anno Hispania non modo  
 per Aquisgranensem pacem in  
 bello magis perniciosam afflicta, sed  
 tiam intestinis tumultibus agitata  
 statum miseratione dignum religio-  
 tur; periculosa præprimis inter Reges  
 Proc.

Proceres factio in Aula grassabatur; cum enim Maria Anna Regina pro Filio suo Carolo II. puero quinquenni tutricis nomine Regnum administraret, in curæ levamen advocabat P. Joannem Everardum Nitardum Jesuitam, quem a sacris confessionibus habebat, ejusque consiliis & opera in omnibus Regni negotiis utebatur: nec his contenta, eundem Jesuitam, ut tam in Ecclesiasticis quam profanis supremam haberet auctoritatem, primo Generalem Inquisitionis Rectorem constituit. ac postea ad præcipuam totius Regni administrationem solum admovit: Tantam unius Jesuitæ potentiam lividis oculis aspiciabant Regni Proceres, ac præcipue Joannes Austriacus Nothus Philippus IV. Filius; haud obscuræ primo plurimorum indignationes & murmura exaudiebantur, paulo post etiam ad publicam seditionem & tumultum res excessit: Ut ergo Regina graviori malo tempestive remedium opponeret, Joannem Austriacum, qui factionis caput erat, amovere statuit, hancque in rem eundem auro & milite instructum ad Belgii gubernationem emisit. Is vero hanc provinciam, quam nonnisi se Regno amovendi animo sibi collatam noverat, acceptare recusavit, Consvagram in exilium suum reversus: qua-

æc. XVII.  
A. C. 1669.

Sæc. XVII. quapropter Regina in rabiem acta in  
 A.C. 1669. stigante Nitardo, illum in carcere  
 conjici jussit, quo comperto Joannes  
 fuga Barcinonem evasit, indeque literas  
 ad Reginam dedit, in quibus eadem  
 sinistram Regni administrationem, &  
 populi oppressiones asperrimis verbis  
 exprobrabat: tempestive autem Borromæus  
 summi Pontificis Nuntius Clementem de  
 periculo admonuit, quod de-  
 tis ad Reginam & Austriacum litem  
 rem componere satagit. Igitur Regni  
 turbarum in Gallis ob immodicam  
 ministrorum potentiam exortarum haud  
 immemor, cum civile bellum per-  
 mesceret, tandem suadente Cardine  
 de Arragonia, & Sedis Apostolicæ Ne-  
 tio Borromæo consensit, ut Nitardo  
 Aula & Regno exularet, cujus  
 dolorem ut leuaret Regina, nec ple-  
 tumultuantium vobis cellisse videretur  
 omnem movit lapidem, ut suis cibus  
 tertio post anno a Clemente X. Edel-  
 Archiepiscopi in Syria titulo, & po-  
 modum Romana Purpura decoratus  
 saltem Orator Hispaniæ negotia Romæ  
 procuraret. Vicissim vero Joannes  
 Arragonici Regni Præfecturam, nec  
 non vicariam omnium, quæ in singulis  
 Provinciis olim ad coronam spectabant  
 pleno jure administrationem obtinuit